

1530. g. 20. qbris.

Sigismundus Rex Polonie

Preposito Sopusiensi

53

Venerabilis devote nobis dilecte. Delatatum est nobis a multis, & magnificus Dominus Petrus Kmita de Vinschice, Marchialis Regni nostri, & Capitaneus noster Sopusiensis literis ad nos datis testatus est D. tuam nimis pro Imperio Subditos nostros exorere, ad multa illos indigna adigendo praterquam ius & equitatem, autoritatis et honoris etiam nostri, ut de bona vicinitatis legibus taceamus nulla ratione habita, illis liberam, utro utroque commocandi facultatem intercipiendo, sed quod etiam maiorem praeferat iniuriam, certo ad nos delatum est D. tuam, in via publica quorundam subditos nostros interceptos in arce Sopusiensi contra ius & libertatem publicam in modum captivorum detinere, neque illos dimittere prius velle, quam se vitamque suam estimatione pecuniaria ex arbitrio illius constituta redimant. Quae quidem res

sum

cum non solum ad iniuriam et grave in-
commodum subditorum nostrorum re-
rum etiam ad ignominiam et contemptum
nostrum pertineat, non possumus nisi gra-
vi et molesto animo illas ferre maxime
quod intelligamus id dominationem tu-
am praevisitum et voluntatem Sve-
missimi Domini Regis Ferdinandi sua
tantommodo audacia et licentiosa cupi-
ditate patrare. Quare hortamur domina-
tionem tuam ut desinat ab eiusmodi
insolenti et iniuriosa subditorum nostrorum
non solum persecutione sed etiam
et intolerabili etiam atque violenta op-
pressione et ut illis qui sit damna et in-
iuriam occasione illius passim omnia
restituat et compenset alioquin enim nos
querelis subditorum nostrorum et damnis
permoti ferre diutius dissimulantes tam
crebras iniurias non poterimus et licet in-
niti iure tamen rationem cogemus
quo pacto subditi nostri et haec qua amise-
runt recuperent et damna contrarium
cuiusque tuti et securi esse possint Dab
Cracoviae Die 20. novembris Anno Do-
mini 1530. Regni vero nostri 24.